









1699.

- 27^a Thomarius, Christianus: De fideiis.
- 27^b Thomarius, Christianus: De fideiis. Ed. novissima. 1735
- 28^a et ^b Thomarius, Christianus: De peroratione facta contraria.
25 exempl. 1736 et 1731
- 29^a et ^b Thomarius, Christianus: De pseudo-privilegio papali,
si, contra contraria actione negotiorum gestorum.
25 exempl. 1699 et 1741.
- 30^a, ^b, ^c, ^d. Thomarius, Christianus: De jure consuetudinis et
Observantiae. 45 exempl. 1699, 1722, 1731 et
1740.
- 31^a, ^b, ^c Thomarius, Christianus: De fidei juridica.
3 exempl. 1699, 1723, 1750.
- 32^a, ^b, ^c Thomarius, Christianus: Vindiciae juris majestatis
sive circa sacra. 3 exempl. 1699 et 1711.
- 33^a, ^b, ^c, ^d, ^e. Thomarius, Christianus: De homicidio linguae.

1771. Thomas, Johann : Die Kunst
1772. Thomas, Johann : Die Kunst
1773. Thomas, Johann : Die Kunst
1774. Thomas, Johann : Die Kunst
1775. Thomas, Johann : Die Kunst
1776. Thomas, Johann : Die Kunst
1777. Thomas, Johann : Die Kunst
1778. Thomas, Johann : Die Kunst
1779. Thomas, Johann : Die Kunst
1780. Thomas, Johann : Die Kunst







21.

1699, 27^e

2. D. B. V.
THESES INAUGURALES

De

TUTTELIS,

Quas
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO

FRIDERICO WILHELMO,
MARCHIONE BRANDENB. ET ELECTORATUS HÆREDE,
&c. &c.

PRÆSIDE

DN. CHRISTIANO THOMASIO,
Jcto, Consil. Elect. Brandenb. Prof. Publ. &
Facult. Jurid. h. t. Decano,

PRO LICENTIA
SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES
ET PRIVILEGIA DOCTORALIA
ritè capeffendi,

Ad diem XXX. Jun. An. M DC IC.
IN AUDITORIO MAJORI
Horis ante & pomeridianis

Publico Eruditorum Examini submittit

ABRAHAMVS BENARD, Rothomagus.

Typis CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typogr.

Be



THESES IN AUCGURALS

De

TUTELLIS

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPIS ARCHIEPISCOPI
DOMINUS

FRIDERICUS WILHELMUS

MARCHIONIS BRANDENBURGICUS ET ELECTORIS PALATINUS HEREDITARIUS

et c.

FRATRES

DN. CHRISTIANO THOMASIO

Geo. Comiti Hec. Brandenburg. K. Hof. Rat. &

laure. juris. Doctor

PRO LICENTIA

SUMMOS IN UTROQUE IURIS HONORES

ET PRIVILEGIUM DOCTORALIA

inter cetera

Ad diem XX. Jun. An. M. DC. IC.

IN AUDITORIO MAIORI

Hoc sine & contra

Publico Auditorio examinabitur

ABRAHAMVS BERNARDVS, Comptroller

CHRISTOPH. ANDRE. SEITZ, Act. 1701





PROOEMIUM.

Lim in Academiis disputationis loco proponerentur theses succinctæ & breves, hodiè prolixiores meditationes sæpius in justos tractatus excrescentes multis arrident. Mutatio hæc non vituperanda, imo & laudanda, sic tamen ut non censeamus eam legis vim obtinuisse, sed licere adhuc more majorum pauciores theses ad disputandum proponere. Quâ licentiâ & ego usus, dum licentiam in Jure Gradum Doctoralem impetrandi ambio, breves quæ sequuntur, ex capite de Tutelis desumptas theses ad disputandum exhibeo. Deus cœpta secundet.

I.

Cum Verborum prior ex instituto & disciplina prudentum, ne quæ ex voce oriatur hæsitatio, rerum autem potior meritò habenda sit ratio, Tutoris etymologiam ante ejus disceptationem exhibebo. Tutoris autem vocabulum venit à tuendo, (quod idem denotat ac defendere aliquem) ut patet ex §. 2. I. de Tutelis. l. 1. §. 1. ff. eod. verbis: *Tutores autem sunt, qui eam vim ac potestatem habent, exque ipsa re nomen acceperunt. Itaque appellantur tutores, quasi tuitores, atque defensores, (quoniam eorum officium est tueri pupillum, §. 1. I. eod.) sicut editui dicuntur, qui edes tuentur.*

II.

Tutelæ definitio, quæ à Servio proposita, nimirum sit *Vis ac potestas in capite libero, ad tuendum eum, qui per*

etatem se ipse defendere nequit, Jure civili data ac permiffa,
L. 1. ff. §. 1. I. b. t. suo quidem modo fubfiftit, dum Jcti
veteres Romani Stoicam feftati philofophiam non tam
Logicas Regulas in concinnandis definitionibus atten-
dunt, quam perfpicuitatem. *Vis* enim vocabulum non
Violentiam, fed facultatem ex adjuncto vocabulo pote-
ftatis denotat, ut commodius forfitan ita efferri poffit:
*Tutela eft facultas hominis fui juris, Lege, autoritate Magiftra-
tus, vel testamento conceffa, ad tuendum eum, qui ob defectum
etatis fibi prospicere nequit.* Generis verbum explicatio-
nis non indiget, pauca reliqua poftulant eam. In Servii
definitione *potestas in capite libero* dicitur dubio procul
pupilli intuitu, quatenus is fui juris effe incepit; L. 6.
§. fin. §. 1. 14. ff. b. t. Gell. s. c. 19. Tutor enim & filiusfamilias
effe potest. *pr. I. qui test. tut. dar. poff.* (filiusfamil. enim in
publicis caufis pro patrefamil. habetur 2. veluti ut Ma-
gistratum gerat, ut tutor fit. L. 9. de his qui fui vel alien. jur.
funt. L. 14. ad Sctum Treb. junde *pr. I. de excusat. tut.* ubi pla-
cuit tutelam publicum munus effe. L. 1. §. 4. l. ult. §. 1. ff.
de mun. §. hon.) Liberum tamen effe oportet. Et ita et-
iam in data descriptione *to fui juris* fupponitur. Voces
ad tuendum eum efficaciam tutelæ efferunt, quod princi-
paliter personæ, administrationi rerum fecondariò fal-
tem Tutor detur. L. 12. ff. de test. tut. junct. §. 4. I. qui testam.
tut. dar. poff. Et licet alioquin ob diffusam nimis admi-
niftrationem dentur tutores, L. 17. §. 1. ff. de appell. L. 10. ff.
de testam. tut. nihilominus tamen idem ratione admi-
niftrationis per confequentiam eff, primariò cura per-
sonæ talibus etiam tutoribus incumbit. Notanter ma-
fculino genere eff usus Jctus *ad tuendum eum*, quo no-
mine infertur dignius, fœminæ ergò eo non compre-
henduntur, tanquam illo antiquo jure in perpetua tu-
tela existentes, Ulpian, in fragm. tit. 11. Wissenb. ad Inst.
Disp.

Disp. 7. th. 4. in pr. Sed jure Justiniano, ubi pubertate pupillæ etiam finitur tutela *pr. Instit. quib. mod. tut. finitur.* vox illa *in eum* etiam sexum fœmininum sub se comprehendit *arg. l. 1. ff. de Verb. signif.*

III.

Cum hac in materiâ agatur de tuendis atque defendendis pupillorum personis, haud erit inutile, quæ eorum statum attinent, illa breviter quidem, sed succinctè hic tradere, antequam ad Tutelarum divisionem accedam. Describitur autem pupillus in *L. 239. ff. de Verb. signif. quod sit persona, qui cum impubes est, desit in potestate patris esse aut morte aut emancipatione, & sic est sui juris.* Nam vocabulum impuberis latius patet pupilli appellatione, dum impubes etiam patriæ potestati subiectus est, pupillus verò caput liberum. Usu Juris triplici ætate, vel potius tribus ætatis gradibus distinguitur. *arg. §. 10. I. de inutil. stipul. sc. infantis, proximi infantia & pubertati proximi.* Infans est usque ad annum septimum, *arg. l. 10. Cod. de Jur. delib. l. 1. §. 2. ff. de admin. & peric. tut.* quasi antea fari non possit, non proprietate verbi, sed usu & efficacia juris. Post septimum annum infantia scil. proximus, usu juris quædam intelligere incipit, adeò ut & sponsalia contrahere eo tempore valeat. *L. 14. ff. de Sponsal. adde t. t. X. de desponsat. impub.* quando verò pubertati proximi sunt ab anno II. autoritate tutorum omnia ritè peragunt.

IV.

Tutela ortum à jure naturali sumpsit: quippe cui juri omnino consentaneum, ut alterius prudentiâ regatur, qui ipse se defendere nequit. *Cic. 1. de off. juncto §. 6. I. de Attiliano Tut.* incrementum autem & formam à jure civili accepit: (1.) à causa efficiente est vel *testamentaria*, vel *Legitima*, vel *dativa*. *L. 52. pr. C. de Episc. & Cler.*

nam materna, jure Cod. est dativa. Jure Nov. Legiti-
ma. (2) à fine tutor est vel *honorarius*, qui constitutus
est honoris ergò, ut non administret, sed ut sit quasi
inspector reliquorum: *L. 3. §. 2. de admin. tut.* (Huc re-
ferri potest, qui datur notitiæ causâ, non ut admini-
stret, sed ut reliquos tutores informet: *L. 32. §. 1. de test.*
tut. l. 14. §. 1. & 6. de Solut.) Alius *administrationis* gratiâ con-
stitutus, qui simpliciter tutor dicitur. *l. 14. §. 1. de Solut.*

V.

Oritur hîc quæstio, an tutela confirmata consti-
tuat distinctam à supra dictis speciem, nec ne? Et re-
spond. negandoprius; quia interdum refertur ad testa-
mentariam: Scilicet quando magistratus simpliciter
tutorem confirmat absque inquisitione: Ut si pater fi-
lio emancipato testamento tutorem dederit. *§. ult. I. de*
tut. junctâ L. 3. de confirmat. tut. interdum ad dativam in
specie sic dictam: quando scil. confirmat cum inquisi-
tione: ex, gr. in tutelâ à matre, vel ab extraneo in te-
stamento constitutâ. *L. 2. 4. 5. 7. §. 1. de confirm. tut.* quia
tunc præ se non sequitur voluntatem defuncti, & sic
non amplius est testamentaria. Neque hic obstat *l. 26.*
& l. 27. de testam. tut. (ut quidam volunt) nam alii simpli-
citer tutorem confirmatum ad testamentarium refe-
runt, & dicuntur *d. l. 27. ff. de testam. tut.* alii ad dativum
simpliciter ex *d. l. 26. eod.* Sed in *l. 27.* hoc non dicitur,
& agit de casu ubi pater tutorem dedit in testamento,
& hoc in casu est testamentarius, ut nos distinguimus.
Ut & in *l. 26.* ad dativum refertur. E. decretum magi-
stratûs priori casu nihil facit, declarat enim tantum
quod in testamento dictum fuit: sed tunc est dativa, si
cum inquisitione sit data. vide *Vinn. b. t. §. 5. n. 4. & 5.*
ubi tradit: in Belgio tantum dari duo genera tutorum:
unum eorum, qui sunt dativi, in specie sic dicti, ita ut
Legi-

Legitimorum exiguus sit usus: alterum eorum, qui
testamento dantur, junge Struv. *Ex. 31. tb. 21.*

VI.

Quinam possint esse Tutores, satis patet ex arg.
L. fin. pr. C. de admin. tut. ubi generaliter omnes compelluntur ad hoc munus, nisi quis impediatur vel naturâ: ut furiosus. *arg. §. 2. I. qui testam. tut. dar. poss. L. 11. de tut. L. 40. de Reg. Iur.* mente captus, impubes, surdus & mutus. *L. 1. §. 2. 3. de tut. juncta L. 1. §. 1. de auth. tut.* vel Lege: ut (1.) Servus ut servus: *L. 7. C. qui dare tut. poss. arg. L. 32. de Reg. Iur. juncto §. 1. I. qui testam. tut. dar. poss.* secus ac homines proprii, (hi enim quamvis non sint liberi quoad glebam, tamen qua personam ipsi sunt liberi homines, qualis libertas saltem inspicitur in administratione tutelæ.) *vide illustr. Dn. Rbetii Meditat. Acad. ad I. jur. Civ. Justin. ad h. tit. posit. 9. junge Clariss. Dn. Vitriarium in Tract. Univ. jur. civ. priv. ad method. Inst. Justin. ad h. t. §. 4. in fine. & supra pag. 60. §. 17. in fine. confer. insuper Stamm. de servit. Person. Lib. 3. c. 17. (2.) mulier. L. fin. de tut. juncta L. 2. de Reg. Iur. & L. 18. C. de Procurat. excipe tamen matrem & aviam: Nov. 118. c. 5. (3.) minores. §. 2. I. qui testam. tut. dar. poss. L. fin. C. de Legit. tut. (4.) prodigi. L. 1. de curat. furios. L. 12. §. 2. de tut. & cur. dat. licet sit mater. *arg. dd. LL. juncto arg. l. 8. de public. in rem act. L. fin. C. de legit. tut. Carpz. 5. Resp. 80. n. 23. (5.) Milites. L. 31. c. de locat. L. 4. C. qui dar. tut. poss. (6.) Monachi, (licet clerici non sint,) Episcopi, Presbyteri, Clerici: L. 52 C. de episc. & cler. est tamen aliqua mutatio in Nov. 123. c. 5. circa pr. in hac enim nis permittitur cognatorum tutela, si eam velint suscipere (imò inviti quoque alterius clerici filii tutores constitui possunt. *vide illustr. D. Strykium ad §. 14. I. de excusationibus tut.*) hodie Lutherani Clerici volentes admittuntur; (7.) Creditores & debitorum pupilli jure novo. Nov. 72. c. 1. 2. 3. excipitur**

mater

mater & avia. *Nov. 94. p̄fat. c. 1. (8.)* non possunt etiam esse tutores, quos mater in suo testamento esse vetuit. *L. un. si contra matr. ult. volunt.*

VII.

Ex supra dictis satis apparet Tutelam esse triplicem; sc. testamentariam, Legitimam, & Dativam *L. 52. C. de Episc. & Cleric.* Sed primo loco venit tutela testamentaria, quia quamdiu tutor ex testamento speratur, aliis tutoribus locus non est. *L. 11. ff. de testam. tut.* quod est introductum ad exemplum hereditatis, quæ ab intestato non defertur, quando testamentaria successio locum habere potest. *L. 89. ff. de R. Iur.*

VIII.

Est igitur tutela testamentaria, qua pater vel avus paternus liberis impuberibus immediatè in potestate existentibus, post mortem in alterius potestatem non recasuris, testamento, vel codicillis testamento confirmatis tutores dat. *§. 3. I. b. t. L. 3. & L. ult. ff. de testam. tut. L. 73. ff. de Reg. Iuris.*

IX.

Quod ad patrem vel avum paternum attinet, nihil interest, an liberi sint instituti, an exheredati, pater enim non tantum liberis institutis, sed etiam exheredatis tutorem constituere potest. *L. 4. ff. de testam. tutelâ. L. 10. §. 2. in fin. L. 31. ff. eodem.* quia facultas dandi tutores non ex vi institutionis, sed ex vi jureve patriæ potestatis substantiam capit, & mandatur. *arg. §. 4. I. de pupill. substit. L. 10. §. 5. ff. eod. junctâ L. 40. in fin. ff. de adm. & per. tut. L. 1. de testam. tut. L. 73. §. 1. de Reg. Iuris.*

X.

Mater, cum liberos in sua potestate non habeat, *§. 10. I. de adopt.* etiam liberis tutorem dare nequit, nisi prius eos instituerit heredes; *L. 4. ff. de testam. tut.* (Et dare

ita: si vivo patre filium ultra legitimam heredem scribat, dare quidem potest germanicè einen Vormund/ at ille propriè non tutor, sed curator bonis dato intelligitur, ne ea à patre dissipentur. *Mev. p. 4. dec. 94. §. 3.* Et ut ejusmodi cōstitutio valeat, insuper requiritur ut iste tutor à Magistratu cū inquisit. confirmetur. *d. l. 4. b. t. l. 3. ff. de conf. tut.*

XI. Illud jam est notandum: Si pater minus recte tutorem dederit, veluti filio emancipato, tunc etiam confirmatione opus est. Sed illa confirmatio fit sine inquisitione, § *f. I. de tut. l. 3. ff. de confirm. tut.* quia pater jam satis inquisivisse videtur in mores hujus tutoris, & optimè liberis prospexisse intelligitur.

XII.

Hodiè quidem in cujuslibet generis tutelâ Magistratûs decretum & confirmatio intervenire debet secundùm *Reform. Polit. de Anno 1548. tit. 31. & de anno 1577. tit. 32. von Pupillen* / etiamsi à testatore illud expressè remissum. Hæc saltem est differentia, quod tutor in testamento minus solenni datus & ob defectum confirmandus, expectare possit, donec confirmetur, nec antea tenetur administrationi sese immiscere; & si interea temporis damnum patiantur bona pupillaria, nihil imputandum tutori, utpote qui non obstrictus est, petere ut confirmetur, *L. 14. ff. de admin. tut.* quæ secus se habent in tutore valido testamento constituto, statim enim ex quo comperit se datum esse tutorem, administrationem subire debet, etiam ante confirmationem, & si differat, periculo suo facit. *L. 6. C. de testam. tut.*

XIII.

Pater in testamento tutorem dare potest, non tantum liberis primi gradus, verum etiam in secundo & ulterioribus gradibus existentibus, modo post mortem ejus in alterius potestatem non sint recasuri. § *3. I. de tutel. l. 1. §. ult. ff. de testament. tut.* quippe tutorem habere

B

bere

bere non potest, qui est in potestate patris: nec dari potest tutor nisi suo heredi, *L. 73. §. 1. de Reg. Jur. juncto §. 2. I. de hered. qual. & diff.* Nec tantum liberis jam natis, sed & posthumis tutorem quis dare potest, *§. 4. I. de tut.* Posthumi enim, quoties de eorum favore & commodo agitur, toties reputantur pro jam natis, *d. §. 4 l. 7. ff. de statu hom. l. 26 eod.* modo postea vivi nascantur, & hoc ab allegante probandum est, nam alias foemina nequidem gravida fuisse praesumitur.

XIV.

In hacce materia tutelarum sub vocabulo posthumorum liberorum, comprehenduntur etiam filiae posthumae, quibus pater omnino potest dare tutorem, *§. 5. I. qui testam. tut. dari poss. l. 5. & l. 6. de testam. tut.* licet in legatis secus se habeat, & posthumae non intelligantur, *arg. l. 17. ff. de legat. 1.* quia legata liberis, non ut liberis, relinquuntur, sed ex affectu singulari erga hos vel illos: tutor autem liberis, ut liberis datur, jure potestatis patriae, quae aequalis est in omnes liberos, sub quibus posthumi reputantur. *Vinn. §. 5. I. qui testam. tut. dar. poss. n. 1.*

XV.

Quaeritur, an vasallus filio suo etiam quoad feuda tutorem testamento dare possit? quo super valde dubitatur: quia de feudo nullum valet testamentum. *l. Feud. 8.* attamen respondetur, quod allegatus textus sit intelligendus, si de ipso feudo testetur, non vero si de administratione feudi & educatione filii. *Ill. Dn. Stryk. in Exam. Jur. feud. c. 7. qu. 11. junge Rosenth. de feud. c. 12. concl. 10. n. 11. Schrader. P. 10, Sect. 19. n. 6. conferatur adhuc 2. Feud. 9. in pr. §. 1.*

XVI.

Est adhuc egregia quaestio, an scilicet liceat Electori filio suo testamento tutorem dare, quoad Electoratum?
com-

communis sententia hac de re est, tutelam testamentariam in Electoratu sibi non vindicare locum, sed statim legitimo Tutori, seu proximo-agnato deberi tutelam ex dispositione *Aur. Bull. c. 7. §. 2.* quam sententiam Imp. & plerorumque Electorum voto roboratam adstruit Limnæus *de J. P. lib. 1. c. 11. n. 103. seqq.* contrarium tamen defenderunt Dionys. Gothofr. & Marq. Freher. *de Tutel. Elect.* quod etiam videtur verius, præprimis si per tutelam legitimam status Electoralis in discrimen vocetur, Dn. Oldenburg. *ad Instrum Pac. P. I. Disc. 25. memb. 2. §. 5.* in aliis verò ditionibus hereditariis haud dubiè Elector testamento tutorem dare potest, quia in illis etiam secundum dissentientes cessat ratio A. B. vid. Limn. *ad A. B. c. 7. §. 2. obs. 24.* qui quamvis quæstionem de curatore, non tutore formandam esse dicat, cum bonis non detur tutor, *l. 12. ff. de testam. tut.* attamen cum hic de diversis provinciis quæstio fit, non obstabit jus civile per *l. 12. 13. & l. 15. ff. eod.*

XVII.

Dari testamento tutores possunt, non tantum patres sed etiam filii fam. *pr. Inst. qui testam. tut. dar. poss.* quia tutela refertur ad munera publica, in quibus habentur pro patribus familias. *L. 9. ff. de his qui sui vel al. jur. sunt. junct. l. 14. pr. ff. ad Scutum Trebell.* in filiis fam. tamen præsupponitur justa ætas, ut actio ad tutelam admittatur. Etiam minores 25. annis & furiosi tutores possunt testamento dari, qui demùm ad administrationem admittuntur, si illi majores viginti quinque annis facti fuerint, hi verò ad sanam mentem pervenerint. *L. 10. §. 3. l. 32. in fin. de test. tut. §. 2. l. qui testam. tut. dar. poss.* Illud obiter venit notandum, quod hic Leges plus indulgent patri, quàm judici; Judex enim illum minimè dabit tutorem, qui non administrare possit: pater autem il-

lum dare potest, qui in futurum aptus esse potest, cum optimum consilium pro liberis capere censeatur.

XVIII.

Speciale & hoc est in testamentaria tutela, quod in testamento tutor possit dari, aut pure, veluti Mævius tutor esto; aut ad tempus, veluti, ad biennium tutor esto; aut ex die, veluti: ex Kalendis illis tutor esto; vel Kalendis illis tutor esse incipito; aut sub conditione, veluti, si Mævius ex Asiâ venerit, tutor esto. Possumus addere etiam ad conditionem, veluti donec navis ex Asia veniat, tutor esto. Aut ante vel post hæred. institutionem: §. 3. l. qui testam tut. dar. poss. l. 1. pr. l. 8. §. 1. & 2. ff. de testam. tutel. l. 14, §. 3. & ult. ff. de tutel. finito autem tempore vel pendente die, sive conditione, locus est tutori dativo. L. si quis sub conditione. ii. ff. de testam. tut. Hæc autem omnia tantum propria sunt tutelæ testamentariæ ex interpretatione verborum Legis 12. Tabb. Uti quisque Legasset, &c. voluntati enim patris hoc peculiariter concessum videtur, quod eo nemo melius cupiat liberis, & inde actus iste legitimus non sit. Quoniam verò tutela legitima & dativa suo modo est actus legitimus, & ita conditionem vel diem non recipit. arg. l. 77. ff. de reg. Jur. Magistratibus non eadem libertas est data, l. 6. §. 1. de tutel. verum ex decreto tutores assignant, decreta verò & sententiæ regulariter non debent fieri sub conditione. l. 1. §. 5. ff. quando appell.

XIX.

Quod vigore §. 3. l. qui test. tut. dar. poss. etiam ante heredis nominationem possit constitui tutor, vel ex constitutione Justiniana est ex l. 24. C. de testam. vel ut alii volunt, jam ante eum hoc favore pupillorum receptum fuit, Frantzk. in Comm. ad b. §. n. 6. sed potissima ratio hujus est: quia scil. hic ordo scripturæ non spectatur

Statuatur, cæteroqui cùm heredis institutio sit caput & fundamentum testamenti; quicquid ante hæredis institutione scribitur, extra testamentum scriptum videri possit. *vid. §. 34. I. de Legatis.*

XX.

Tutela Legitima est, quæ deficiente testamentaria defertur à Legge. *L. 11. pr. de testam. tut.* Hæc antiquitus quadruplex erat; agnatorum, patronorum, parentum & fiduciaria. *tot. tit. Inst. de legit. agn. tut. tot. tit. de Legit. patron. tut. tit. de legitima parent. tut. tit. de fiduc. tut.*

XXI.

Dicitur deficere tutela testamentaria, quando vel testamentum non est conditum, vel quidem, sed nullus in eo tutor constitutus, aut qui constitutus, ante vel post testatorem, filio adhuc impubere, decedit, *§. 2. Inst. & l. 6. ff. b. r.*

XXII.

Legitima Agnatorum tutela est quæ ex Legge duodecim Tabularum ob successionis emolumentum defertur proximis agnatis. *tot. t. Inst. de Legit. agn. tutel. l. 1. ff. de legit. tut.* ubi ab Ulpiano id summâ providentiâ constitutum esse dicitur, ut qui sperarent successionem, iidem tuerentur bona, ne dilapidarentur, idque etiam naturali rationi conveniens est, ut quem sequuntur commoda, eum etiam incommoda sequi debeant, *l. 10. ff. de Reg. Jur.* Legge autem Solonis tutela non deferebatur agnatis, nisi remotioribus, *Laert. in Solon.* contraria videlicet ratione, quod ferè quisque conetur eum, quem proximus heres insequitur, expungere, ut ait Perf.

XXIII.

Quemadmodum legitima agnatorum tutela spectat ad agnatos, ita patronorum tutela est, quæ etiam ob successionis emolumentum competit Patronis, eorumque liberis in libertos & manumissos impuberes. *tot. tit. Inst. de Legit. patron. tutelâ l. 3. pr. & §. 6. ff. de legit. tut.* Similiter Parentum tutela est, quæ competit parentibus in liberos impuberes emancipatos. *tit. Inst. de legit. parent. tutela.* Fiduciaria tutela est, quæ defertur patri vel fratribus aliisve in potestate avi vel patris retentis in liberos & fratres ante pubertatem emancipatos, *l. 4. ff. de legit. tut. par.* quorum tutelam pater vel avus usque ad mortem gesserunt,

serunt, *tit. Inst. de fiduc. tutel.* Dicta est autem fiduciaria ex eo quod pater contracta fiduciâ filium emancipavit.

XXIV.

Jure novissimo cum per *Nov. 118. c. 4. & 5. & Auth. sicut. C. de Leg. hered.* omnis differentia quoad successione sit sublata, ita etiam quoad tutelam inter agnatos & cognatos desit esse in usu, adeoque jam agnati & cognati promiscuè vocantur ad tutelam, hisce tamen observatis, scil. ut proximiores remotiores semper excludant tam in successione, quam in tutelâ, *d. c. 4. & 5.* & propter rationem *L. 73, pr. ff. de Reg. Jur.* vi cuius, qui alterum à successione repellit, eundem quoque removet à tutelâ. Hæc tamen differentia inter agnatos & cognatos fuit sublata, tantum quoad Jus civile, sed non quoad feudale neque Saxonicum, dum ultimo hoc jure agnati pinguiora habent jura intuitu rerum expeditoriarum & Hergewettæ præ cognatis, & hi invicem in Gerada prærogativa pollent. *Carpz. P. 2. C. 14. D. 57, & P. 3. C. 38. D. 10.*

XXV.

Agnatus licet propter commodum & emolumentum successione onus habeat tutelæ, *L. 1. ff. h. t.* non tamen præcisè prætereendere potest, ut sibi relinquatur educatio, quia hæc non faciliè committenda illi, qui successione sperat. *vid. t. t. ff. ubi pupillus educari debeat.* Quinam autem sint agnati? clarè patet ex §. 1. *Inst. de legit. agn. tut.* Nempe agnati sunt, qui per virilis sexus cognationem conjuncti, quasi à patre cognati, *L. 7. de leg. tut.* vel potius qui ex lineâ paternâ ducunt originem. Cognati verò qui per foemini sexus personas cognatione junguntur, *d. §. 1. Inst. h. t. & l. 10 §. 2. in fin. ff. de grad. & af.* vel potius qui ex lineâ maternâ originem ducunt.

XXVI.

Quod huc usque dictum est, illud ad foeminas haud debet extendi, nam illæ sicut ab omnibus virilibus removentur officiis, *L. 2. ff. de Reg. Jur.* ita etiam ad tutelam aspirare non possunt. *l. 16. & l. ult. ff. de tutelis.* Hic tamen habetur exceptio, Jure enim Nov. Mater & Avia, si velint (nam invitæ non coguntur *l. 2. & l. fin. Cod. quando mul. tut. off. fungi potest.* (& unusquisque suo privilegio renunciare potest ut hoc in casu, ubi mater & avia hoc habent ex privilegio,) & tutelam legitimam liberorum subire possunt, modò renunciaverint secundis nuptiis, & Scto Vellejano. *Auth. Matri C. eod.* quod ultimum hodie tantum solet observari, *vid. B. Brunnem. ad d. Auth. n. 5. & præferun-*

feruntur omnibus Pupilli collateralibus, ob præsumptam ergà liberos affectionem. *Nov. 118. c. 5.* Mater adhuc etiam præfertur avo paterno, nam inter ascendentes quoque quoties inter se concurrunt, ille erit potior, qui succedit. *d. Nov. c. 5. ibi:* Secundùm hæreditatis ordinem; Præprimis cum hodie avus paternus non habeat nepotes in sua potestate, in quâ tamen se fundat *Carpz. P. 2. C. 11. def. 13.* Beneficio tamen Principis, etiam foeminae interdum ad tutelam admitti possunt. *pr. l. fin. ff. de tutel.* quod notandum pro amitis vel materteris. Insuper illustres foeminas virilia quoque munera posse sustinere tradit. *Carpz. P. 2. C. 15. D. 9. n. 2.*

XXVII. Tandem deficiente etiam tutelâ legitimâ, succedit dativa, quæ etiam honoraria dicitur, quoniam datur ab illis qui honores gerunt: vocatur etiam Attiliana, quia antiquitùs ex Lege Attilia fuit delata. *pr. Inst. de Attil. tut.* Tutela autem dativa est, quam deficiente testamentaria & legitima, Magistratus ad petitionem matris, aut propinquorum, vel interdum ex officio in subsidium constituit. *pr. §. 1. 2. Inst. h. t. l. 2. pr. §. 1. qui pet. tut. l. 1. C. eod.*

XXIIX. Olim constituebatur ab eo, cui id specialiter à Lege concessum erat. *pr. Inst. h. t. §. 1. 6. §. 2. ff. de tutel.* quia tutoris datio non est jurisdictionis ordinariæ, sed speciali lege conceditur. Et hoc est quod JCtus dicit in *d. l. 6. §. 2. ff. de tut. Tutela datio neque imperii est, neq; jurisdictionis: sed ei soli competit, cui nominatim hoc dedit vel Lex, vel Senatusconsultum, vel Princeps.*

XXIX. Hodiè verò, omnibus magistratibus illis, qui ordinariam jurisdictionem habent in pupillum jure magistratus competit. *Struv. Ex. 31. th. 29. junge Grotium lib. 1. c. 3. §. 15. add. Ord. Pol. de A. 1577. t. 32.*

XXX. Hæc tutoris datio quatuor casibus locum habet, primò, si omninò non existat tutor, nec testamentarius, nec legitimus. Secundò, si pendeat conditio sub quâ, vel dies ex quo tutor testamento datus est, dico testamento, quia Lex tutorem purè constituit, non ex die, vel sub conditione. Tertiò, si tutor in testamento purè sit datus, sed effectus testamenti pendeat, & hæreditas jaceat, nemine adhuc adunte. Quartò, si tutor testamentarius vel legitimus in hostium potestate sit. *pr. §. 1. & 2. Inst. de Attil. tut.*

XXXI. Dari tutores à Magistratu possunt isti, qui ejus jurisdictioni subsunt. *arg. l. 1. in fine. l. 3. 24. de tutor. & curat dat. junct. arg. l. 6. C. qui dar. tut. & l. fin. ff. de jurisd.* quia interdum inviti ad hoc munus administrandum cogendi sunt. *§. 3. Inst. de Attil. tut. §. 3. Instit. de satisdat.*

satisdat. tut. arg. §. 10. & 11. Inst. de suspect. tutor. Scil. si non habeant justas excusandi causas, vel si patri pupillorum promiserint tutelæ administrationem. vid. Clariss. D. Vitriar. in tr univ. jur. civ. priv. p. 171.

XXXII. Tutores finitâ tutelâ rationes reddere tenentur. *§. fin. l. de Attil. tut. & l. 9. §. 4. ff. de tutel. & rat. distrabend.* Sed Jure Canon. & Constitutionibus novissimis singulis annis offerre rationem debent gestæ tutelæ, *Clem. 2. §. 1. de Religios. domib. junct. Ord. Pol. de A. 1548. & 1577. tit. 32.* Licet in praxi id ipsum non ubique observetur. Notandum tamen & hoc est, quod tutores in alio loco, quam in quo tutelam gesserunt, regulariter conveniri nequeant, *tot. tit. Cod. ubi de ratiociniis agi oportet*, ubi hæc habetur ratio, quia ibi facilior probatio. *Mev. p. 5. Dec. 298.* Nisi ad locum administrationis revertantur. *vid. Dec Elect. Sax.* Imò & hodiè à quovis tutore juramentum exigitur de tutelâ fideliter administranda *per d. tit. 32.* Quod juramentum in aulâ Cæsareâ etiam à Principibus tutelam gesturis exigitur, quod tamen præstant per mandatarium.

XXXIII. Officium Tutorum potissimum in tribus consistit: (1) ut Pupillus benè educetur, *l. 12. §. 3. ff. de administr. tut.* (2) ut bona ejus rectè administrantur, *l. 7. §. 3. ff. pro empt.* (3) ut autoritas pupillo contrahenti præstetur. *tot. tit. ff. & C. de Author. tut.* hæc autem autoritas est expressa negotii, quod cum pupillo geritur, tutoris approbatio. *L. 3. ff. de Author. tut.* quæ, quoties agitur de pupillo obligando, toties necessaria est, cum verò Pupillus alios sibi vult obligare, tunc non requiritur autoritas tutoris statim in ipso negotio interponenda est, *§. 2. Inst. & l. 9. §. 5. ff. b. t.* præsentè & scientè tutore, quid agatur *l. 14. ff. eod.* hodiè etiam ex intervallo, modo præcesserit nova delibèratio.

XXXIV. Finitur tutela (1) pubertate, *pr. Inst. quib. mod. tut. fin.* hæc autem pubertas in civilibus incipit post 14. annum completum in masculis, in foeminis post 12. *pr. Inst. b. t.* in criminalibus verò indistinctè post 14. annum. *juxta Const. Crim. art. 164.* (2) Morte naturali, *§. 3. Inst. eod.* & civili, maxima scil. & media capitis deminutione. *§. 4. Inst. eod.* (3) conditionis existentia & temporis lapsu. *§. 2. & 5. Inst. b. t.* Hic notandum venit, quod scil. tutelâ morte expirante, actio tamen detur contra heredem, *L. 1. C. de hered. tut.* qui etiam cœpta à defuncto tutore perficere tenetur, si possit, & justæ ætatis sit. *l. 1. & 4. ff. de fidej. & hered. tut.* finitur adhuc etiam remotione, quæ fit cum tutores suspecti visi sint. *§. 6. l. quib. mod. tut. fin.* & tandem excusatione ex justa causa. *§. 6. eod. vid. tot. tit. Inst. de excus. tutor.*

ULB Halle

3

004 161 696



5b

17-101

Vb 17





Inches

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

Centimetres

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

. B. V.

INAUGURALES

De

ELIS,

Quas

GENIFICENTISSIMO

INCIPERE AC DOMINO

MINO

WILHELMO,

ET ELECTORATUS HAEREDIS,

&c.

RESIDE

NO THOMASIO,

Brandenb. Prof. Publ. &

d.h.t. Decano,

CENTIA

QUE JURE HONORES

AC DOCTORALIA

conferendi,

ann. An. M DC IC.

PRIO MAJORI

& pomeridianis

in Examini submittit

ENARD, Rothomagus.

REAE ZEITLERI, Acad. Typogr.

3
1699, 27c
.21.

See